

Pius II. an Hz. Sigismund von Österreich (Breve). Nachdem der Herzog dem Bitten des Papstes um Teilnahme am Kongress von Mantua nachgekommen war, habe er, der Papst, sich nach Kräften um einen gütlichen Ausgleich zwischen NvK und Hz. Sigismund bemüht und hierfür auch den Mgf. Karl I. von Baden als Vermittler bestellt. Da die Bemühungen fruchtlos geblieben seien, wolle der Papst nun ein Schlichtungsverfahren gemäß dem zwischen NvK und Hz. Sigismund vereinbarten Beistandspakt einleiten. Hierfür bittet er den Herzog, Anfang Januar 1460 drei hinreichend bevollmächtigte Gesandte nach Trient zu schicken. NvK werde dies ebenfalls tun. Dies sei für den Herzog die letzte Möglichkeit, eine rechtliche Entscheidung über die Ansprüche des NvK noch abzuwenden und den Streit gütlich beizulegen.¹⁾

Or., Perg. (Siegelreste rückseitig): INNSBRUCK, TLA, Pestarchiv, Akten XXXIX 155.

Notiz (ca. 1460): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 81r; (W. Putsch, 16. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Rép. 6 p. 861.

Regest: Jäger, Regesten I 318 Nr. 236 (nach der Notiz in Codex Handlung, mit Datum: November 1459).

Erw.: Jäger, Streit I 344 (nach der Notiz in Codex Handlung); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 381 (mit Datum 20. Dezember 1459); Hallauer, Bruneck 383 (ND 2002, 157).

Pius papa ii.

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Meminit nobilitas tua, quanto desiderio pro honore potissimum tuo et animi tui quiete ante tuum etiam ad nos Mantuam accessum cupierimus institerimusque, ut omnis controversia, que est et iam diu fuit cum multorum admiratione et querela inter te et dilectum filium nostrum N. cardinalem sancti Petri ad vincula, episcopum Brixinensem, terminaretur et omnino tolleretur. Scisque nos ipsum cardinalem ob eam rem ab urbe Roma, licet ibi in rebus maximis nostris summe necessarium [fuisset], vocasse et tue nobilitati scripsisse²⁾, ut aut personaliter ad nos Mantuam accederes aut idoneos cum pleno mandato et idonea mitteres facultate, per quos omnis inter vos vertens lis componi et differentia posset an[nullari], et, ne quicquam ad rei perfectionem deesset, ut nuntiis et oratoribus tuis ad nos ad hoc agendum delegatis, illud etiam dares in mandatis, ut, si quisquam forsitan punctus foret, super quo cum prefato cardinali non inveniretur invicem ratio concordandi, in nos ipsos omnimoda eiusmodi difficultatis reponeretur facultas, ut arbitrio nostro omnis differentia, quecunque esset, et sopiri valeret et resecuri aut, si id potius velles, potestatem tuis dares de iure experiendi et ex formula iustitie ipsi cardinali respondendi, cui, nisi prebita et facta concordandi occasione non foret debitum nec fieri ullo pacto posset, ut iustitiam petenti non prebeamus assensum. Hec tibi omnia latius etiam per nos scripta esse clare intelligere tuam nobilitatem scimus.

Tu quidem honorifice et splendide ad nos venisti³⁾, quod fuit nobis sane iocundissimum, et si magno-pere doluerimus, quod maxima per nos adhibita opera et omni studio possibili impenso prius est tibi visum discedere, quam modus inter vos concordie posset inveniri, quod nobis summe displicuit.⁴⁾ Reliquisti tamen speciem quandam spei nobis, ex qua adhuc confidimus compositionis modum cum consiliariis tuis ad hoc agendum per te relictis facile posse inveniri. Quod, ut votive fieret, dilectum filium nobilem virum Carolum marchionem Badensem⁵⁾ loco nostri inter partes medium constituimus, qui, quia tibi maxime afficitur, et hanc controversiam tolli iudicat esse honestissimum atque necessarium et tue nobilitati maxime expedire et honori tuo ac multorum saluti accedere. Et insuper, quia nostram perspexit huius concordie affectionem, nihil petermisit mirabilis prudentie atque diligentie, ceterum fieri cum effectu conclusio votiva non potuit. Hoc cum nobis adhuc magis quam antea esset molestum, venit nobis in mentem te, cum apud nos esses, allegasse quandam inter prelibatum cardinalem et nobilitatem tuam perpetuam existere unionem, in qua modus inseritur, per quem orientes inter vos differentie valeant amoveri.⁶⁾ Quam quidem unionem, dum ipse cardinalis non diffiteatur, licet putet modum illum omnes impetitiones non complecti, quas contra te habere pretendit⁷⁾, nos tamen pacis avidi per preactum marchionem ipsam unionem inter partes poni mandavimus.

⁷ fuisset: Textverlust durch Loch im Pergament.

Verum dicentibus tuis ad hanc partem nullum se a tua nobilitate mandatum habere, egimus cum cardinali, ut, ne quid per ipsum restet, quominus desiderata nobis sequatur concordia, tres suos Tridenti nuncios constituat circa principium mensis januarii proxime futuri; tu quoque totidem mittas, quos in
35 prefixo termino nuntii cardinalis per dies octo ibi intuitu nostro expectabunt, ut ipsi sex simul ex dicte unionis forma, auditis impetitionibus, possint ad compositionem pervenire.

Nunc attento, quod iam xxx^{ta} mensibus exactis⁸⁾ tam gravis et indigna contentio inter vos est versata, non absque gravi animarum preiudicio apertoque discrimine, iminentque, proh dolor, nisi celeriter provideatur, periculosiora et graviora, ex animi intima affectione nobilitatem tuam plurimum in domino
40 hortamur ac requirimus, ut deum et gloriam maiorum tuorum ac famam tuam et populorum gratiam et nostram in te presertim affectionem pre oculis habens unacum anime etiam tue salute ac tuorum, impedientia et obstantia queque reicias et amoveas nec te pravis sinas impulsione auferris a via iusta atque gloriosa, talesque tres mittas, quos scias esse ad rem peragendam idoneos et avidos pacis ac quietis, qui iuste et sancte cum nostra maxima complacencia hanc rem totam componant et concordent. Eo modo
45 incredibilem nobis voluptatem afferes, tibi gloriam et tuis utilitatem magnam comparabis liberabisque te a strepitu judiciali contra te et tuos, si aliter fieret, necessario tam in curia nostra quam alibi excitando atque agitando, a quo prorsus nobilitatem tuam volumus propter singularem amorem in te nostrum liberare. Nam perspicias tu, quod ex tua prudentia et integritate cardinalem cogi, nisi controversia concorditer auferatur, iuris remedia experiri, quod assidue efflagitat et sollicite, nec nos iusticiam non modo poscenti
50 cardinali, sed nulli prorsus hominum posse intelligis denegare. Hoc tamen in hac causa plene immo plenissime de tua nobilitate persuademus te taliter ob nostri etiam summa complacencia curaturum, quod que a te enixe et studiose imprimis poposcimus, tu nobis gratiose et liberaliter concordens. Precipue autem hortamur et requirimus eandem tuam nobilitatem, ut super premissis omnibus et singularibus respondere nobis non differas. Datum Mantue sub anulo piscatoris die xvii decembris mcccclix,
55 pontificatus nostri anno secundo.

Ja(cobus) Lucensis⁹⁾

(Adresse rückseitig.) Dilecto filio nobili viro Sigismundo duci Austrie.

1) Parallel dazu setzte der Papst seine Politik der Gunsterweise gegenüber Hz. Sigismund fort. Am 16. Dezember 1459 wurde ein von Hz. Sigismund eingebrachter Supplikenrotulus zugunsten der Universität Freiburg im Breisgau gebilligt (Befreiung der Professoren von der Residenzpflicht ihrer Benefizien, Exemption von der geistlichen und weltlichen Gerichtsbarkeit, Bestätigung von Stiftungen für die Universität, Inkorporation von Pfarrkirchen); ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 528 f. 269^r-270^v; vgl. Brosius/Scheshkewitz, RG VIII 726 Nr. 5215. Bereits am 3. Dezember 1459 nahm Pius II. auf Bitten Hz. Sigismunds den Augustinereremiten Stephanus Serpolet, lector in sacra pagina, als päpstlichen Kaplan auf und gewährte ihm eine Dispens zum Erwerb einer Pfarrkirche; Kopie: ROM, Arch. Vat., Reg. Lat. 550 f. 128^r. Vgl. die entsprechende Supplik; ebd., Reg. Suppl. 525 f. 147^v-148^r. Vgl. Brosius/Scheshkewitz, RG VIII 749 Nr. 5387.

2) Pius II. hatte Hz. Sigismund mehrfach in diesem Sinne geschrieben; s.o. Nr. 6021, 6025, 6031.

3) Zur Ankunft Hz. Sigismunds in Mantua am 15. November 1459; s.o. Nr. 6044 Anm. 1, 6045.

4) Der Herzog reiste am 30. November ab, bevor eine Einigung mit NvK erzielt werden konnte; s.o. Nr. 6044 Anm. 9, 6059.

5) Mgf. Karl I. von Baden. Er war als kaiserlicher Gesandter in Mantua. Zu seiner Tätigkeit in Mantua s. Krimm, Baden und Habsburg 81, 87-89; vgl. auch oben Nr. 6044 Anm. 8.

6) Der häufig zitierte Beistandspakt vom 13. Januar 1454; s.o. Nr. 3788 mit dem hier angeführten Schlichtungsverfahren in Z. 23-29.

7) NvK hatte bereits im Herbst 1457 vorgeschlagen, die Regelungen des Beistandspakts zu vertiefen; s.o. Nr. 5372, 5383. Der Herzog war darauf nicht eingegangen; s.o. Nr. 5387.

8) Nämlich seit den Zwischenfällen im Juni/Juli 1457, die NvK zur Flucht nach Buchenstein veranlasst hatten.

9) Jacopo Ammanati Piccolomini, päpstlicher Sekretär.